

40. Secundò dicimus, Concilium Tridentinum supra adductum Sess. 24. cap. 2. lineam *fraternitatis* è numero impedimentorum funditus eliminasse, idest, inter baptizatum, & confirmatum, & filios naturales baptizantis, confirmantis, & patrinatorum. Tertio, etiam à ratione impedimenti *compaternitatem* ex parte abstulit, relicta solà compaternitate, quæ elucet inter parentes, & patrilios, & inter eosdem parentes, & baptizantes, aut confirmantes.

41. En modò Concilii Tridentini decretum: *Volens itaque Sancta Synodus huic incommodo providere, & à cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit, ut unus tantum sive vir, sive mulier, juxta Sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egrediatur; omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublati.* Hactenus Tridentinum.

42. Demùm, cum Magister in præsentì distinctione de cognatione legale obiter agat, non opus erit, multùm in eâ immorari. Quàmobrem dicimus, cognationem legalem suum ducere ortum ex adoptione alicujus in filium, Matrimoniumque impedire ad quartum gradum usque, sicut naturalem cognationem, ut expendimus supra.

43. Undè consentaneè naturali cognationi, etiam triplicem legalis cognationis attextimus lineam. Prima versatur inter ascendentes, & descendentes; & in hac lineâ ad quartum usque dirimit gradum. Secunda transversalis linea viget inter adoptatum, & filios naturales adoptantis, protenditurque usque ad quartum gradum inclusivè, & permanet solum tandiù, quandiù filii sunt sub potestate patris. Tertia est, dum cognatio accipitur per modum cujusdam affinitatis legalis, scilicet, inter adoptantem, & uxorem adoptati; vel è contra, inter adoptatum, & uxorem adoptantis. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

44. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ distinctionis partis ostensione, hæc tertia proponitur thesis: *Secunda, tertia, quarta, & quinta nuptia non sunt damnanda, licet prima sint solemniter veneranda.* Hanc expressè deducimus ex Magistro; dum ferè eisdem verbis idipsum in probationem assumit, eò quòd firmiter statuatur, non solum primas nuptias licitas existere, verùm & secundas, tertias, quartas, & quintas, omnesque alias non fore damnandas.

Pro-

45. Probat primò ex Augustino lib. de Sanctâ viduit. cap. 12. dicente: *Secundas nuptias omnino licitas Apostolus concedit. De tertiis autem, & quartis, & de ultra pluribus nuptiis solent homines movere questionem. Undè, ut breviter respondeam, nec illas nuptias debeo damnare, nec eis verecundiam numerositatis auferre.* Ergo expressè ex Augustino constat, secundas, & de cætero plures alias non fore damnandas, licet primæ sint solemniter, & absque verecundiâ aliquâ celebrandæ.

46. Secundò probat ex Hieronymo ad Pammachium lib. apolog. contra Jovinianum, sic alloquente: *Ego nunc libera voce exclamo, nec damnari in Ecclesia bigamam, imò nec trigamam; & ita licere quinto, & sexto, quemadmodum secundo marito nubere.* Sed dum Ecclesia non damnat bigamam, nec trigamam, licet viro secundas, tertias, & alias celebrare nuptias: ergo plures nuptiæ non sunt damnandæ, etsi primæ sint semper solemniter venerandæ.

47. Tertio ratione etiam suaderi valet assumptum: Nuptiæ sunt in remedium naturæ institutæ, ut persæpè supra inculcavimus; sed dum uxor moritur, viro superstitè, velè contra, manet morbus, & non adest remedium: igitur licet adhibere remedium; atque adeò nuptias pro libito ingeminare.

48. Quarto, eodem ferè ratiocinio suadetur: In officium naturæ nuptiæ institutæ extant, idest, in filiorum procreationem ad cultum Dei; sed plerique post uxorum obitum sunt idonei filios procreare; similiter & uxores post virorum mortem: ergo post primas, alias deinceps posse licitè virum iterare nuptias, nullus ex Catholicorum agmine ambigit.

49. Sed oppones primò Apostolum 1. Timoth. cap. 3. bigamos à sacerdotali honore excludentem; sed non excluderet Apostolus bigamos à sacerdotali honore, si secundæ, tertiæ, aliæque nuptiæ licitæ forent: ergo nuptiarum ingeminatio non licet.

50. Respondet Magister negando Minorem, & Consequentiam. Quia Apostolus etsi bigamos à sacerdotali arceat honore, hoc reverà non efficit pro vitio bigamiæ: sed pro Sacramenti signaculo, quod ibi non servatur, eò quòd virtus Sacramenti exigat, ut sit una unius, sicut unica unici.

51. Oppones secundò Concilium Cæsariense cap. 7. prohibens Presbyteris nuptiis bigamorum interesse, quia bigami poenitentiam indigent, his verbis: *Presbyterum in nuptiis bigami prandere, non convenit; quia cum poenitentia bigamus indigeat, quis erit Presbyter, qui talibus*

T 2

nup-

nuptiis possit prabere consensum? Sed si secundæ nuptiæ licitæ forent non esset Presbyteris prohibitum, nuptiis bigamorum interesse: ergo quia secundæ, & aliæ nuptiæ damnabiles extant.

52. Respondet Magister negando Minorem, & Consequentiam. Nam Concilium solum loquitur de bigamorum nuptiis, qui primæ uxori propter secundas nuptias insidiati sunt; non verò ipsas absolute damnat, dummodò bono fine sint factæ. Undè concludit Magister ex Ambrosio sub. Epist. 1. Corinth. 7. *Quod primæ nuptiæ tantum à Domino sunt institutæ; secundæ verò sunt permissæ. Et primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter; secundæ verò etiam in presenti carent gloria.* Ergo secundæ nuptiæ, propriè loquendo, non sunt honorabiles, quia carent gloriâ; sunt tamen tolerabiles, quia culpâ privantur.

53. Oppones tertio: Polygamia, sive plures habere simul uxores non licet, nisi à Deo dispensetur: ergo suppari ratione videtur illicitum plures habere successivè uxores; sed ex eò quòd plures successivè habere uxores non liceat, secundæ, tertiæ, aliæque sunt damnandæ nuptiæ: ergo.

54. Respondetur negando Consequentiam, simulque instantiæ simile. Quia viro superstite, uxor non habet sui corporis potestatem; nec è contra vir, uxore vivente; ideòque per secundas nuptias nequit se committere alteri; & si faceret, reverà contra jus operaretur: At mortuâ uxore, solutus est vir, potestque licitè ad alias, & alias transire nuptias. Undè instantia de polygamiâ cum pluralitate successivâ uxorum respectu ejusdem viri non urget, cum una sit successiva, & aliâ neutiquam. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctiones parte satis sint dictæ.

### QUÆSTIONES.

55. **QUÆSTIO 1.** An, & quæ sit cognatio spiritualis, & unde oriatur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Reding tom. 8. q. 12. art. 2. Controv. 1. Contenson tom. 2. lib. 11. part. 4. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 11. disp. 7. sect. 9. Casianus à S. Eliâ tom. 1. verb. Matrim. cap. 31. §. 6. Salmant. tom. 2. tract. 9. cap. 12. punct. 2. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 3. §. 2.

56. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 42. q. 1. Matrius in 4. disp. 7. q. 17. art. 2. Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 8. cap. 1. art. 1. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 11. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 6. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. cognatio, diff. 1. num. 1. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 5.

Ex

57. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 24. Amicus disp. 18. de Matrim. num. 30. Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 5. Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Coninch de Matrim. disp. 32. num. 42. Præpositus 3. p. 9. 7. dub. 13. Layman tract. 10. p. 4. cap. 7. Sanchez lib. 7. disp. 63. Reginal. lib. 1. num. 158.

58. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 5. Bassæo verb. Matrim. §. 5. num. 21. Basilius Ponze lib. 7. cap. 39. num. 10. Ochagavia de Sacram. tract. 3. q. 58. num. 5. Bonacina q. 3. de Matrim. punct. 5. §. 3. Diana p. 4. tract. 4. resol. 120.

59. **QUÆST. 2.** An, & quæ cognatio spiritualis dirimat Matrimonium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 42. q. 1. art. 2. & seqq. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 3. §. 2. Reding tom. 8. q. 12. art. 2. Controv. 1. Casianus à S. Eliâ tom. 1. verb. Matrim. cap. 21. §. 6. Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 11. disp. 7. sect. 9.

60. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 42. q. 1. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 6. Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. Matrius in 4. disp. 7. q. 17. art. 2. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 11. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 5. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. cognatio, diff. 1. num. 1. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult.

61. Ex Scholâ Eximiâ Amicus de Matrim. disp. 18. num. 30. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 25. & seqq. Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 5. Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Filiucius tract. 10. p. 2. cap. 5. num. 198. Henriquez lib. 2. de Matrim. cap. 12. Coninch disp. 32. de Matrim. num. 42. Layman tract. 11. p. 4. cap. 7.

62. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Bassæo verb. Matrim. §. 5. num. 22. & seqq. Basilius Ponze lib. 7. cap. 39. num. 10. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 5. Aversa de Matrim. q. 16. sect. 3. Ochagavia de Sacram. tract. 3. q. 58. num. 5. Bonacina q. 3. de Matrim. punct. 5. §. 3. Diana p. 4. tract. 4. resol. 120.

63. **QUÆST. 3.** An, & quæ sit cognatio legalis, & unde oriatur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 42. q. 2. art. 1. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 3. §. 3. Reding tom. 8. q. 12. art. 2. Controv. 2. Casianus à S. Eliâ verb. Matrim. cap. 21. §. 7. Contenson tom. 2. lib. 11. part. 4. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 11. disp. 7. sect. 10. Salmant. tom. 2. tract. 9. cap. 12. punct. 3. Raynerius de Pisis verb. Matrim. num. 38.

64. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 42. q. 1. Hiquæus in 4. dist.

42.

42. q. 2. art. 1. & seqq. Castillentus in *Polyanth. Seraph. verb. cognatio*, num. 9. & seqq. *Matruius in 4. disp. 7. q. 17. art. 2.* Macedo de *Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 11.* Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. *Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 1. cap. 5. q. 4.* Frassen tom. 4. *disp. ult. art. 3. §. 6.* Durand tom. 4. *tract. 5. disp. ult. q. ult.* Aquila in 4. *dist. 42. q. 1. art. 1.* & seqq. *Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 5.*
65. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. *disp. 104. sect. 1.* Tambur. tom. 2. *lib. 8. cap. 5. §. 3.* Sanchez lib. 7. *de Matrim. disp. 63.* Filiucius *tract. 10. p. 2. cap. 5. num. 198.* Layman *tract. 11. p. 4. cap. 7.* Præpositus in 3. *p. 9. 7. dub. 13.* Henriquez lib. 2. *de Matrim. cap. 12.* Dicastillo tom. 3. *tract. 10. disp. 7. dub. 31.* Reginal. lib. 1. *num. 158.* Coninch *disp. 32. num. 42.* Amicus *disp. 18. de Matrim. num. 30.*
66. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist. 42. q. 2. art. 2.* Averfa de *Matrim. q. 16. sect. 3.* Bassæo *verb. Matrim. §. 7. num. 30.* & 31. Ochagavia de *Sacram. tract. 3. q. 58. num. 5.* Gavardi tom. 6. *q. 3. de Matrim. art. 5.* Basilius Ponze lib. 7. *cap. 39. num. 10.* Diana *p. 4. tract. 4. resol. 120.* Bonacina *q. 3. de Matrim. punct. 5. §. 3.*
67. QUÆST. 4. An, & quæ cognatio legalis dirimat Matrimonium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist. 42. q. 2. art. 3.* Gonet tom. 5. *tract. 8. disp. 9. art. 3. §. 3.* Reding tom. 8. *q. 12. art. 2.* Controv. 2. *Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. differt. 4. cap. 2. specul. 1.* Raynerius de *Pisis verb. Matrim. num. 38.* Anton. à Spirit. S. tom. 1. *tract. 11. disp. 7. sect. 10.* Casianus à S. Eliâ *verb. Matrim. cap. 21. §. 8.* Salmant. tom. 2. *tract. 9. cap. 12. punct. 3.*
68. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist. 42. q. unic. Matruius tom. 4. disp. 7. q. 17. art. 2.* Hiquæus in 4. *dist. 42. art. 2. & seqq.* Castillent. in *Polyanth. Seraph. verb. cognatio*, diff. 7. *num. 1.* Macedo de *Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 11.* Carriere tom. 2. *art. 21. q. 5.* Frassen tom. 4. *disp. ult. art. 3. §. 6.* Durand tom. 4. *tract. 5. disp. ult. q. ult.* Boscus tom. 6. *disp. 12. sect. 5.*
69. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. *tract. 10. disp. 7. dub. 32.* Toletus lib. 7. *de Matrim. cap. 4. num. 7.* Henriquez lib. 12. *cap. 12.* Tambur. tom. 2. *lib. 8. §. 3.* Sanchez lib. 7. *disp. 63. num. 8.* Coninch *disp. 32. num. 44.* Mart. Perez *disp. 30. num. 6.* Valentia tom. 4. *disp. 10. q. 5. punct. 3.* Reginal. lib. 31. *num. 162.*
70. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist. 42. q. 2. art. 1. & seqq.* Ochagavia de *Sacram. tract. 3. q. 58. sect. 3.* Bassæo *verb. Matrim. §. 7. num. 30.* & 31. Gavardi tom. 6. *q. 3. de Matrim. art. 5.* Diana *p. 4. tract. 4. resol. 120.* Bonacina *q. 3. de Matrim. punct. 5. §. 3. & seqq.*

Aver-

- Averfa de *Matrim. q. 16. sect. 7.* Basilius Ponze lib. 7. *de Matrim. cap. 39. num. 10. & seqq.*
71. QUÆST. 5. An tertiâ, aut quartâ nuptiâ sint prohibita, & damnabiles? De quo, *dist. 32. q. 5.*
72. QUÆST. 6. An nuptias celebrare, sit tempore aliquo ab Ecclesiâ prohibitum? De quo, *dist. 32. q. 5.*
73. QUÆST. 7. Quâ poenâ sint puniendi, qui tempore prohibito contrahunt Matrimonium? De quo, *dist. 32. q. 5.*
74. QUÆST. 8. An prohibeatur consummare Matrimonium his temporibus, quod jam præcessit contractum? De quo, *dist. 32. q. 5.*
75. QUÆST. 9. An sit impedimentum celebrare Matrimonium temporibus prohibitis? De quo, *dist. 32. q. 5.*
76. QUÆST. 10. An de licentiâ Ordinarii valeat temporibus prohibitis sine solemnitate Matrimonium celebrari? De quo, *dist. 32. q. 5.*
77. QUÆST. 11. An benedictio conjugum sit necessariò exhibenda à proprio Parocho? De quo, *dist. 32. q. 5.*
78. QUÆST. 12. An benedictionem nuptialem omninò omittere sit tantum peccatum veniale? De quo, *dist. 32. q. 5.*

## DE RESURRECTIONE UNIVERSALI, ET primò de Resurrectionis veritate.

### DISTINCTIONIS QUADRAGESIMÆ-TERTIÆ SYNOPSIS.

Mortales omnes, presentes atque futuros,

Et quos jampridem fœda sepulchra tenent;

Ultima iudicii surgenteis hora videbit,

Latos factis præmia digna suis.

Sic incipit: Postremò de conditione.

Sic terminat: Induentur.

I. C onnectitur hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de impedimento cognationis spiritualis; & hæc-  
nus.